

## **Geschichte der Grundherrschaft Echternach im Frühmittelalter (Ed. Wampach) Nr. 126**

Ego in Dei nomine Irmengarda cogitans tam de Dei parte quam pro salute anime filie mee, ut mereatur adipisci veniam de peccatis suis, idcirco dono ad monasterium sancti Willibrordi res meas sitas super fluvio Blinsa in villa que vocatur Bastendorf, id est campis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, et quicquid ibi visa sum habere. Si quis vero de heredibus meis – ut supra. Actum anno XXXV regnante Karolo rege.